



617.

In Nomine JESU.
DISPUTATIO POLITICA
de
Subditis.

I.

Vi in nobilissimo civilis Prudentiæ theatro ita versantur, ut intentum habeant oculum defixumq; in eos, qui ad clavum Reip. sedent, laudem merent equidem, sed non omnem. Concedit siquidem Respubl. gubernatoribus suis potestatem, sed in subjectam multitudinem. Nisi ergò & hujus perspectam cognitamq; habeas indolem, frustra de politicâ scientiâ gloriaberis. Ut taceam, ita comparatum esse cum hac parentium animorum cognitione, ut vel solâ hac juvemur multum & in ipsa administratione rerum, & in dandis salubriter consiliis, seu præceptis, ad feliciores conatum publicorum successus. Non sine periculo immittit se equo infessor, cujus naturam non exploravit antè. Idem de plebe affirmandum est, quæ & recalcitrat sæpè & ferocit insolenter admodum. Id non vereor affirmare, inde non frustra fore has operas nostras, quas de subditorum proponendâ indole subire hac vice placuit. Quibus ut benedicat ex alto cœlorum Dominus, oramus devotè.

2, Antequam autem ad genuinam subjectionis veræ indagacionem descendamus, de origine pauca de-

A 2

liba-